



Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma



Año LV.

5 DE OCTUBRE DE 1914.

Núm. 14.

SUMARIO: Exhortación de Su Santidad a todos los católicos del Orbe.—Carta del Excmo. Sr. Nuncio Apostólico comunicando la Bendición de Su Santidad.—Edicto para la provisión del Beneficio de Sochantre de esta S. I. Catedral.—Real Cédula y circular mandando celebrar rogativas por el feliz alumbramiento de S. M. la Reina.—S. C. de Ritos: Variaciones introducidas en el calendario español para el rezo del oficio divino.—S. C. del Santo Oficio: Concesión de indulgencias.—Limosnas para los Santos Lugares de Jerusalén.—Bibliografía.

ACTA BENEDICTI PP. XV

AD UNIVERSOS ORBIS CATHOLICOS

HORTATIO

Ubi primum in beati Petri Cathedra constituti sumus, equidem probe conscii quam impares tanto essemus muneri, arcanum reverentissime adoravimus consilium Dei providentis, qui Nostrae humilitatem personae ad hanc sublimitatem gradus evexisset. Quod si, non idoneis ornati laudibus meritorum, tamen fidenter administrationem summi Pontificatus suscepisse videmur, dumtaxat divinae benignitatis fiducia suscepimus, minime dubitantes, quin is Nobis opportunam collaturus esset et virtutem et opem, qui maximum imposuisset onus dignitatis. — Iam ex hoc Apostolico fastigio ut omnem Dominicum gregem, Nostrae demandatum curae, circumspeximus, continuo

percussit Nos horrore atque aegritudine inenarrabili immane totius huius belli spectaculum, cum tantam Europae partem, igni ferroque vastatam, rubescere videremus sanguine christianorum. Scilicet a Pastore bono, Iesu Christo, cuius obtinemus locum in gubernanda Ecclesia, hoc ipsum habemus, ut omnes, quotquot sunt, eius agnos et oves visceribus paternae caritatis complectamur. Quoniam igitur pro eorum salute, ipsius exemplo Domini, debemus esse, ut sumus, parati vel animam ponere, certum ac deliberatum Nobis est, quantum in Nostra erit potestate, nihii facere reliqui, quod ad celerandum huius calamitatis finem pertineat. In praesens autem, — antequam, more institutoque Romanorum Pontificum, sub initium Apostolatus universos Sacrorum antistites encyclicis appellemus litteris — non possumus quin decessoris Nostri sanctissimi et immortalis memoria digni, Pii X, extremam illam decedentis excipiamus vocem, quam in primo huius belli fragore, apostolica ei sollicitudo atque amor humani generis quodammodo expressit. Itaque dum Nosmet ipsi, oculis manibusque ad caelum sublatis, erimus Deo supplices, omnes Ecclesiae filios, praesertim qui sunt sacri ordinis, ut ille perstudiose hortatus est, ita Nos hortamur atque adeo obsecramus, pergant, insistant, contendant, privatim humili prece, publice supplicationum frequentia, arbitrum ac dominatorem rerum implorare Deum, quoad, suae misericordiae memor, hoc *flagellum iracundiae*, quo quidem a populis poenas peccatorum repetit, deponat. Adsit vero et faveat, precamur, communibus votis Virgo Deipara, cuius beatissimus ortus, hoc ipso concelebratus die, hominum generi laboranti, tamquam aurora pacis, illuxit, cum eum esset paritura, in quo voluit Pater aeternus reconciliare omnia, *pacificans per sanguinem crucis eius sive quae in terris, sive quae in caelis sunt* (Coloss. 1. 20).

Eos autem, qui res temperant populorum, oramus

vehementer atque obtestamur, ut iam inducant animum sua omnia dissidia saluti societatis humanae remittere; considerent iam nimis miseriarum et luctuum huic mortali vitae comitari, ut non eam oporteat longe miseriores ac luctuosiores reddi; satis esse velint quod iam editum est ruinarum, satis quod effusum est humani cruoris; properent igitur pacis inire consilia et miscere dextras; praeclara enimvero tum sibi tum suae quisque genti ferent a Deo praemia; optime de civili hominum consortione merebuntur; Nobis autem, qui ex hac eadem tanta perturbatione rerum non mediocres difficultates in ipso auspicando Apostolico munere experimur, sane gratissimum se facturos sciant atque optatissimum.

Datum ex aedibus Vaticanis, die VIII septembris, in festo Mariae sanctissimae Nascentis, anno MCMXIV.

BENEDICTUS PP. XV

BENDICIÓN DE SU SANTIDAD

Nuestro Excmo. Prelado ha recibido la siguiente carta en donde el Excmo. Sr. Nuncio de Su Santidad en Madrid se digna comunicarle la bendición que envía con amor paternal a los fieles de esta Diócesis el Vicario de Cristo en la tierra, Benedicto XV, con motivo de su exaltación al solio pontificio:

“NUNCIATURA APOSTÓLICA DE MADRID

San Sebastián, 2. de Septiembre de 1914.

Excmo. y Rvdmo. Señor.

Nuestro Santísimo Padre el Papa Benedicto XV, vivamente conmovido por las espléndidas muestras de veneración y filial afecto con que la Católica España ha celebrado Su Exaltación al trono Pontificio, envía a V. S. Ilma. y Rvdma. y a

todos los fieles de esa Diócesis, que han tomado parte en ese elocuentísimo testimonio de fé y amor católicos, la expresión de Su paternal gratitud y una especial Bendición Apostólica.

Al cumplir con este honrosísimo encargo, complázcome en reiterarme con sentimientos de la más distinguida consideración

at. s. s. y afmo. a.

MONS. RAGONESI, N. A.

Excmo. Sr. Obispo de Osma.

Recibamos con profunda humildad y gratitud esta bendición especial que, en prenda de su paternal afecto a los católicos españoles, nos envía Su Santidad; rindamos homenajes de veneración, amor filial y firme adhesión a nuestro Santísimo Padre, Benedicto XV, puesto por Dios sobre el trono más alto de la tierra para regir en lo espiritual los destinos del mundo; y con todo el fervor de nuestras almas pidamos a Dios nuestro Señor que conceda al nuevo sucesor de Pedro un pontificado gloriosísimo y fecundo en triunfos para la Iglesia.

EDICTO

Nós el Dr. D. Manuel Lago y González

por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica Obispo de Osma, Académico correspondiente de la Real de la Historia, Señor de las Villas del Burgo, Ucero y las dos Quintanas Rubias, Senador del Reino, etc.,

y el Deán y Cabildo de la Santa Iglesia Catedral de Osma.

HACEMOS SABER: Que, por traslación de D. Miguel Ochoa y Ochoa, se halla vacante en nuestra Santa Iglesia Catedral el Beneficio de Sochantre, cuya pro-

visión corresponde en turno a S. M. el Rey (q. D. g.).

Y, debiendo ajustarse la oposición a lo dispuesto en la R. O. de 16 de mayo de 1852, llamamos por este Edicto a los que, no habiendo cumplido aún 35 años de edad, deseen optar al Beneficio vacante, ya sean Presbíteros ya seglares en condiciones de recibir la ordenación sacerdotal dentro de un año *a die adeptae possessionis*, para que en el plazo de *cuarenta días*, prorrogable a nuestra voluntad, envíen a nuestra Secretaría Capitular las solicitudes con las certificaciones de bautismo y testimoniales o certificados de buena vida y costumbres.

Las oposiciones, que empezarán el día 11 de noviembre próximo, comprenderán los ejercicios siguientes:

1.º Cantar: *a)* La escala diatónica ascendente y descendente con voz clara, potente y sonora, conservando el mismo timbre en toda su extensión, que será de *Sol* grave a *Mi* agudo. *b)* Una obra religiosa vocal de libre elección que traerá duplicada el opositor. *c)* Otra obra que se le presentará en el acto, con el tiempo de preparación que el tribunal señale, juntamente con la Capilla.

2.º Cantar: *a)* Una melodía de Canto Gregoriano a elección del opositor. *b)* Un juego de antífonas que el tribunal le presentará en tiempo determinado. *c)* Contestar por escrito a varias preguntas sobre el Canto Gregoriano en tiempo determinado.

Las obligaciones del elegido serán, además de las comunes a todos los beneficiados, cantar en todas las funciones que el Cabildo celebre dentro o fuera de la Santa Iglesia Catedral, y desempeñar en el canto de la Pasión de Semana Santa la parte que se le encomiende.

Censurados los ejercicios, elegiremos al opositor que, atendidas todas las circunstancias, sea más digno y convenga más para el servicio de Dios y de nuestra Santa Iglesia.

En testimonio de todo lo cual firmamos y expedimos este Edicto, autorizado con nuestros sellos mayores, y refrendado por el Secretario Capitular, en el Burgo de Osma, a primero de octubre de mil novecientos catorce.— † MANUEL, *Obispo de Osma*.—Lic. MANUEL DE ROA Y ONTORIA, Deán.—Por acuerdo de S. E. Ilma. el Obispo y del Ilmo. Cabildo, *Dr. Wenceslao Yepes Lafuente*, Doctoral, Secretario.

REAL CÉDULA

El Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia ha dirigido a nuestro Rvdmo. Prelado la siguiente:

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

EL REY

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Administradores Apostólicos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía, y Vicario general Castrense:

Habiendo entrado S. M. la Reina, Mi muy amada esposa, en el noveno mes de su embarazo, en debido reconocimiento a la misericordia de Dios, nuestro Señor, por tan gran beneficio, tributándole las más rendidas gracias e implorando su divina asistencia para que la conceda un feliz alumbramiento, Os Ruego y Encargo dispongáis en todas las Iglesias dependientes de vuestra jurisdicción, rogativas y oraciones públicas y generales.

En ello Me servireis, y de la presente, y de lo que en su vista resolváis, daréis aviso a Mi Ministro de Gracia y Justicia.

Dada en Palacio, a veintinueve de Septiembre de mil novecientos catorce.

YO EL REY

El Ministro de Gracia y Justicia,

EDUARDO DATO.

Al Revdo. Obispo de Osma.

A fin de dar cumplimiento al piadoso encargo que S. M. el Rey (q. D. g.) se digna hacer en la precedente Real Cédula, se dispone que en la S. I. Catedral, en la Insigne Colegiata de Soria y en las iglesias parroquiales de los demás puntos de la diócesis se eleven al Altísimo las preces de costumbre por el feliz alumbramiento de la augusta esposa de nuestro católico Monarca.

Burgo de Osma, 3 de octubre de 1914.

El Gobernador Ecco., S. P.,

DR. EDUARDO NÚÑEZ VÁZQUEZ.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DIOECESIUM HISPANIAE

Novissime restituto in diem natalem festo S. Leon-
dri Ep. et Conf. pro tota Hispania, preces huic S. R. C.
admotae sunt, ut et festum S. Florentinae Virg., quae
iuxta fratrem suum die 14 martii hucusque re Coleba-
tur, die natalitia scilicet 20 iunii reponatur. Itemque
a pluribus Episcopis ex postulatum est ut festum S. Isi-
dori Agricolae Conf., ubi in reformatione novissima
Kalendarii retentum est, celebraretur non die natali
10 maii, sed die 15 maii, quae ei affixum est ab ipsa
canonizatione. Quas preces S. R. C. benigne excipiens,
sequentes variationes in Kalendario dioecesium Hispa-

niae inducendas censuit ac decrevit, servatis de cetero Rubricis; nempe:

27 februarii - S. Leandri Ep. et Conf., *duplex majus*.

13 martii

14 martii

10 maji - S. Antonini Ep. et Conf., *duplex*. Com. Ss. Gordiani et Epimachi Mm.

15 maji, ubi retentum est - S. Isidori Agricolae Conf. (d. a. ex 10 huj.) *duplex*. Com. S. Joannis Baptistae de la Salle, Conf. (*duplex*).

21 maji, ubi retentum est - Ss. Torquati et Soc. Epp. et Mm. (d. a. ex 15 huj.) *duplex*.

20 junii - S. Florentinae Virg., *duplex*. Com. S. Silverii, Papae et Mart.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 10 iulii 1914.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius*.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I INDULGENTIAE

QUAS SSMUS D. N. BENEDICTUS PP. XV IMPERTITUR CHRISTIFIDELIBUS, QUI RETINENTES ALIQUAM EX CORONIS, ROSARIIS, CRUCIBUS, CRUCIFIXIS, PARVIS STATUIS, NUMISMATIBUS, AB EADEM SANCTITATE SUA BENEDICTIS, PRAESCRIPTA PIA OPERA ADIMPLEVERINT.

Monita.

Ut quis valeat Indulgentias lucrari, quas Summus Pontifex Benedictus XV impertitur omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui retinent aliquam ex coronis, rosariis, crucibus, crucifixis, parvis statuis ac numismatibus ab eadem Sanctitate Sua benedictis requiritur:

1. Ut Christifideles in propria deferant persona aliquid ex enunciatis obiectis,

2. Quod si id minime fiat, requiritur ut illud in proprio cubiculo, vel alio decenti loco suae habitatio- nis retineant, et coram eo devòte praescriptas preces recitent.

3. Excluduntur ab apostolicae benedictionis concessione imagines typis exaratae, depictae, itemque cruces, crucifixi, parvae statuae et numismata ex stanno, plumbo, aliave ex materia fragili seu consum- ptibili confecta.

4. Imagines repraesentare debent Sanctos, qui vel iam consueta forma canonizati, vel in martirologiis rite probatis descripti fuerint.

Indulgentiae.

Hisce praehabitis, recensentur Indulgentiae, quae ex Summi Pontificis concessione ab eo acquiri pos- sunt, qui aliquod ex supradictis obiectis retinet, et pia opera quae ad eas assequendas impleri debent:

Quisquis saltem in hebdomada semel recita verit co- ronam Dominicam vel aliquam ex coronis B. V. Mariae aut rosarium eiusve tertiam partem aut divinum offi- cium, vel officium parvum eiusdem B. Virginis aut fidelium defunctorum, aut septem psalmos poeniten- tiales aut graduales, vel consueverit catechesim chri- stianam tradere, aut carceribus detentos, vel aegrotos in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus opitulari, aut Missae interesse, eamve peragere si fue- rit sacerdos: quisquis haec fecerit vere contritus, et peccata sua confessus ad S. Synaxim accedet quolibet ex infrascriptis diebus, nempe Nativitatis Domini- cae, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, itemque diebus festis S. mae Trinitatis, Corporis Domi- ni, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nati- vitatis et Conceptionis B. V. Mariae, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Iosephi Sponsi eiusdem B. Mariae, Virginis, Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi et Iacobi, Bartholo-

maei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matthiae; et Omnium Sanctorum; eodemque die devote Deum exoraverit pro haeresum et schismatum extirpatione, catholicae fidei incremento, pace et concordia inter principes christianos, aliisque sanctae Ecclesiae necessitatibus; quolibet et dictorum dierum Plenariam Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis vero, corde saltem contritus, haec omnia peregerit in aliis festis Domini et B. V. Mariae quolibet dictorum dierum Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum acquirat; quavis Dominica vel alio anni festo Indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum lucrabitur: sin autem eadem alio quocumque anni die expleverit, centum dierum Indulgentiam acquirat.

Praeterea, quisquis consueverit semel saltem in hebdomada recitare aliquam ex coronis aut rosarium, vel officium parvum B. Mariae Virginis, vel fidelium defunctorum, aut vesperas, aut nocturnum saltem cum laudibus, aut septem psalmos poenitentiales cum litanis adiectisque precibus, quoties id peregerit centum dierum Indulgentiam consequetur.

Quisquis in mortis articulo constitutus animam suam devote Deo commendaverit, atque iuxta instructionem fel. rec. Benedicti XIV in Constitut. quae incipit *Pia Mater* sub die 5 aprilis 1747, paratus sit obsequenti animo a Deo mortem opperiri, vere poenitens, confessus et S. Communionem refectus, et si id nequiverit, saltem contritus, invocaverit corde; si labiis impeditus fuerit, Ssmum Nomen Iesu, Plenariam Indulgentiam assequetur.

Quisquis praemiserit qualemcumque orationem praeparationi Missae vel sanctae Communionis, aut recitationi divini officii, vel officii parvi B. V. Mariae, toties quinquaginta dierum Indulgentiam acquirat.

Quisquis in carcere detentos aut aegrotantes in nosocomiis inviserit, iisque opitulatus fuerit, vel in Ecclesia christianam catechesim tradiderit, aut domi-

illam suos filios, propinquos et famulos docuerit, toties biscentum dierum Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis ad aeris campani signum, mane vel meridie aut vespere solitas preces, nempe *Angelus Domini* aut eas ignorans recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria*, vel pariter sub primam noctis horam, edito pro defunctorum suffragio campanae signo, dixerit psalmum *De profundis*, aut illum nesciens recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria*, centum dierum Indulgentiam acquirat.

Eandem pariter consequetur Indulgentiam, qui feria sexta devote cogitaverit de passione ac morte Domini nostri Iesu Christi, terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam recitaverit.

Is qui suam examinaverit conscientiam, et quem sincere poenituerit peccatorum suorum cum proposito illa emendandi, devoteque ter recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria* in honorem Ssmae. Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi quinque pronuntiaverit *Pater noster* et *Ave Maria*, centum dierum Indulgentiam acquirat.

Quisquis devote pro fidelibus oraverit, qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis dixerit *Pater noster* et *Ave Maria*, quinquaginta dierum Indulgentiam consequetur.

Omnes Indulgentiae superius expositae a singulis Christifidelibus vel pro seipsis lucrifieri possunt, vel in animarum Purgatorii levamen applicari.

Expresse declarari voluit Summus Pontifex, praedictarum Indulgentiarum concessione, nullatenus derogari Indulgentiis a praedecessoribus Suis iam concessis pro quibusdam operibus piis superius recensitis; quas quidem Indulgentias voluit omnes in suo robore plene manere.

Iubet deinde idem Summus Pontifex, Indulgentias Christifidelibus concessas, qui retinent aliquod ex praedictis obiectis, iuxta decretum s. m. Alexandri VII editum die 6 februarii 1657, non transire personam.

illorum pro quibus benedicta fuerint, vel illorum quibus ab iis prima vice fuerint distributa: et si fuerint amissum vel deperditum unum alterumve ex iisdem obiectis, nequire ei subrogari aliud ad libitum, minime obstantibus quibusvis privilegiis et concessionibus in contrarium: nec posse pariter commodari vel precario aliis tradi ad hoc ut Indulgentiam communicent, secus eandem Indulgentiam amittent: itemque recensita obiecta benedicta vix dum pontificiam benedictionem receperint, nequire venundari, iuxta decretum S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis tuendis praepositae editum die 5 iunii 1721.

Praeterea, idem Summus Pontifex confirmat decretum s. m. Benedicti XIV editum die 19 augusti 1752, quo expresse declaratur, vi benedictionis crucifixis, numismatibus etc. uti supra impertitae, non intelligi privilegio gaudere altaria ubi huiusmodi obiecta collocata fuerint, neque pariter Missas quas sacerdos eadem secum deferens celebraverit.

Insuper vetat, ne qui morientibus adsistent benedictionem cum Indulgentia Plenaria in articulo mortis iisdem impertiantur cum huiusmodi crucifixis, absque peculiari facultate in scriptis obtenta, cum satis in id provisum fuerit ab eodem Pontifice Benedicto XIV in praecitata Constitut. *Pia Mater*.

Tandem Sanctitas Sua vult et praecipit, praesentem elenchum Indulgentiarum pro maiori fidelium commodo edi typis posse non solum latina lingua vel italica, sed alio quocumque idioma, ita tamen ut pro quolibet elencho, qui ubicumque et quovis idioma edatur, adsit approbatio S. Congregationis S. Officii.

Non obstantibus quolibet decreto, constitutione aut dispositione in contrarium etiamsi speciali mentione dignis.

Datum Romae ex Aedibus S. Officii, die 5 septembris 1914.—L. ✠ S.—† DONATUS, Archiep. Ephesinus, Adessor S. O.

DECRETUM

AUGETUR INDULGENTIA RECITANTIBUS QUASDAM ORATIONES TEMPORE CALAMITATIS.

Ex Audientia Ssmi, die 12 augusti 1914.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X, ut magis excitentur fideles ad Deum calamitosis temporibus propitium reddendum, loco indulgentiae sexaginta dierum concessae a s. m. Gregorio Pp. XVI, die 21 augusti 1837 universis Christifidelibus recitantibus orationes, quae sub titulo *Orazioni in tempo di calamità*, n. 332, in authentica Sylloge Indulgentiarum, a S. C. Indulgentiarum sacrisque Reliquiis praeposita, die 23 iulii 1898 approbata, exhibetur, trecentorum dierum indulgentiam benigne elargitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

De mandato D. Card. Secretarii

L. ✠ S.

† DONATUS, Archiep. Ephesinus, Adressor S. O.

LIMOSNAS PARA LOS SANTOS LUGARES DE JERUSALEN

1914

	<u>Ptas.</u>	<u>Cts.</u>
<i>Párroco y feligreses de:</i>		
Hinojosa del Campo.....	2	50
Quintanas Rubias de Abajo.....	1	50
Casanova.....	1	50
Valdegrulla.....	1	*
Cubo de la Solana.....	1	50
Villanueva de Carazo.....	1	*
Fuentecantales.....	0	90
Atauta.....	2	50
Brias.....	1	50
Quintanas Rubias de Arriba.....	3	*

Valdenebro	1 >
Piquera	1 >
Valdanzo	5 >
Mambrilla de Castrejón	2 15
Fresno de Caracena	1 50
San Leonardo	5 80
Cabrejas del Pinar	2 08
Alcoba de la Torre	2 >
Ocenilla	3 90
Peñalba de Castro	2 >
Centenera de Andaluz	3 55
Quintana Redonda	6 >
Valderrodilla	4 50
Las Cuevas de Soria	3 10
Fuentetoba	1 10
Carbonera	1 25
Camparañón	2 10
Villaciervos de Abajo	1 10
Coruña del Conde	4 70
Soria (S. Clemente)	2 >
Martialay	2 >
La Olmeda	1 >
Cidones	3 >
Cabrejas del Campo	0 75
La Gallega	1 20
La Vid	2 25
Langa	1 50
Bliccos	1 25
Aldea de San Esteban	0 75
Abejar	5 47
Miñana	3 50
Baños de Valdearados	3 >
Mazaterón	1 >
Villaescusa de Roa	2 60
Valderrueda	3 55
Coruña del Conde	4 >
Berlangas de Roa	1 20
Covaleda	2 >
Regumiel	1 >
Peñaranda de Duero	3 40

Soria (Ntra. Sra. del Espino).....	1 50
Andaluz	3 25
Cormaz.....	2 »
Talveila	1 25
Zuzones	3 75
Rabanera	1 »
Villares.....	2 70
Esteras de Soria.....	2 64
San Juan del Monte.....	5 »
La Aguilera.....	3 25
Arauce de Torre.....	3 »
Peñacoba.....	1 25
Olmedillo	2 »
Rejas de San Esteban.....	0 50
Villanueva de Gumiel..	1 10
Una persona piadosa.....	13 57

BIBLIOGRAFIA

Devocionario del Soldado, arreglado por el DR. D. JOSÉ VILAPLANA JOVÉ, Presbítero, Capellán del Regimiento de Cazadores de Treviño 26.º de Caballería.—Un volumen de 8 y medio por 12 y medio cm., de 190 págs. En rústica, **Ptas. 0'50**, con cubiertas de tela, **Ptas. 0'70**; en elegante encuadernación de tela con rótulos dorados, **Ptas. 1.** (Por correo certificado, **Ptas. 0'30** más).

Único en España, indulgenciado e ilustrado con siete grabados y una lámina en cautchuc.

Es el mejor regalo que a los soldados pueden hacer los Jefes de Ejército y Marina, los Capellanes Castrenses y las nobles damas españolas que tanto se interesan por el bien moral y material de los defensores de la Patria. Es un libro que todos los Párrocos y padres de reclutas debieran entregarles cuando van a cumplir con el servicio militar.

En pedidos importantes concederán descuentos especiales el editor, Luis Gili, Claris, 82, Barcelona, y el autor, Villafranca de Panadés (Barcelona).

Excelente noticia

La popular «Biblioteca PATRIA», (Bailén, 35, Madrid), que tantas y tan buenas obras ofrece de continuo a nuestros lectores, participa que, desde esta fecha y sólo hasta fines del actual verano, servirá a nuestros amigos una suscripción *especial*, formada por seis notabilísimas obras, cinco de ellas laureadas recientemente por la nueva y patriótica *Obra Social de los Premios Personales*.

El precio de la suscripción es de ptas. 5'50 al año, y como primer envío, recibirán cuantos se suscriban un ejemplar de cada una de las obras siguientes:

Lo difícil que es ir al Cielo..., por D. Manuel Linares Rivas, novela laureada con el premio Marqués de Comillas.

Desamor, novela, asimismo laureada recientemente con el premio Conde Villafuertes, y original de D. Francisco Fernández Villegas (*Zeda*).

El Escapulario Rothschild.—Esta obra ha obtenido el premio Sundheim, y es debida a D. Vicente Díez de Tejada.

Luz de Luna, novela, de D. Wenceslao Fernández Flores, que obtuvo el premio Marqués del Sauzal.

Julieta rediviva, novela original de D. Andrés González Blanco, laureada con el premio Urbina.

Blasones y talegas, una de las mejores novelas del inmortal Pereda.

Además, y en concepto de regalo, recibirán cuantos se suscriban, un ejemplar de cada una de las notabilísimas obras siguientes:

La Sagrada Pasión, por Fr. Luis de Granada.

Cuentos de «Patria», por varios autores.

La Perfecta Casada, por Fr. Luis de León.

El Alcalde de Zalamea, por Calderón de la Barca.

BOLETÍN DE SUSCRIPCIÓN

D., de profesión....., domiciliado en....., provincia de....., calle....., núm....., acepta la suscripción especial que ofrece la «Biblioteca PATRIA» por pesetas 5'50.

Firma,